Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



250

iudicium suum. Qui enim manducat & bibit indigne iudicium sibi manducat
& bibit. Non malum est quod datur. sed bonum malo in iudicio datur. Bonum
esse non potest male accipiendo quod bonum est. Exime ergo me ab inimicis meis.
quia ad te confugi. Ergo quia ad te confugi. Vel quo a facie tua fugiam.
Si ascendero in celum tu illic es. Quo enim fugere. Quo ibo a spiritu tuo.
Si ascendero in celum tu ibi es. si descendero in infernum ades. Quid ergo restat.
Si assumpsero pennas meas ut columba. & uolabo in extrema maris.
id est ut spe habitem in fine seculi. & enim illuc manus tua deducet me. &
tenebit me dextera tua. Eximе me ab inimicis meis quia ad te confu
gi domine. doce me ut faciam uoluntatem tuam. quia tu es dominus meus. O confes-
sio. o presentio. Quia tu es inquit dominus meus. Ad alium enim fugiam. si ab alio fac
tus sum. Tu es torcular meum. quia tu es dominus meus. Patrem quero propter hereditatem. tu
es dominus meus. non solum dator hereditatis. sed ipsa hereditas. Bonus pars hereditatis
mee. Omnem quoque propter redemptionem. tu es dominus meus. Patronum quoque propter
libationem. tu es dominus meus. Postremo creator recreatio emptio. tu es dominus meus.
quia creator meus. quia creasti me per uerbum tuum. & recreasti me per uerbum. Si
creasti me per uerbum. dum manentem apud te. recreasti per uerbum. carnem fac
tum propter nos. Doce ergo me ut faciam uoluntatem tuam. quia tu es dominus meus.
Si non me docueris. faciam uoluntatem meam. & deseres me dominus meus. Doce me
ut faciam uoluntatem tuam. quia tu es dominus meus. Doce me. Non enim tu es dominus meus.
& ego ero magister meus. Videte quomodum gia commedet. Hoc tenete.
hoc imbibite. hoc uobis de corde nullus excutiat. Nec habeatis zelum
dei sed non secundum scientiam. ne ignorantes dei iusticiam. & suam uolentes constituere
legem iusticie dei non estis subiecti. Verba certe apostoli agnoscitis. Dicite ergo
isti. Doce me ut faciam uoluntatem tuam. quia tu es dominus meus. Spiritus tuus bo
nus. non meus malus. spes tuus bonus. deducet me in terram rectam. quia spes meus ma
lus deduxit in terram pusillam. & quid ego merui. Que mea opera bona sine
tuo adiutorio computantur. unde impetrare dignum. cum deducit a spiritu tuo.
in terram rectam. Que opera mea. uel que merita mea. Propter nomen tuum
domine uiuificabis me. Adtendite quantum potestis gratie commendationem. quia
gratis salui facti estis. Propter nomen tuum domine uiuificabis me. Non nobis domine
non nobis. sed nomini tuo da glam. Propter nomen tuum domine uiuificabis me
in tua iusticia. non in mea. Non quia ego merui. sed quia tu misereris. Nam si
meum ostendere meritum. nichil abiste mereret nisi supplicium. Auulsi
sti merita mea. inseruisti ... dona tua. Propter nomen tuum domine ui